BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 65v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



lamminis aureis. Lamminis quippe aureis uectes
operiuntur. Cum uerbis diuinae legis quae ee iuxta
litteroce sensum fostia uidentur. atq; ad confirman
dam uitam fidelium aptissima. Superior intellec
tus idest euangelica claritate praefulgidus in esse
monstrabitur. Ut enim exempli gratia unũ testi
moniũ ponam cum legimus historiam scĩ noe quom
diluuium quod impios deleuit mirabiliter cum suis in
arca seruatus euaserit. pat et omnib; in eo quod dñs di
ligens iustitiam. et odio habens iniquitatem. pios no
uerit de temptatione eripere. Impios uero iusta dis
trictione punire; Ideoque talis lectio instar uectiũ
in putribilium tabernaculum dñi contin et. quia men
tes fidelium uerbis infictae ueritatis ab incursu temp
tationũ praemunit. Uerũ quasi uectes lignei lam
minis uestiuntur aureis. cum haec eadem lectio ꝑ spi
ritalem intellegentiã sacratiorib; plena mysteriis
ostenditur. Cum arca ecclam catholicam. a qua dilu
uii baptismũ significare dinoscitur, Munda et in
munda animalia. spiritales et carnales quosque in
eccla, Ligna arcae leuigata et bituminata. docto
res gratiae fidei roboratos. Coruus de arca egres
sus nec reuersus. eos qui post baptisma ad apostasiã
decidunt; Ramus oliuae per columbam inlatus in